



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XXVII. Albanen. hæreditatis. De eadem materia testamenti inter
liberos, ubi inæqualiter cum eis dispositum sit; Et aliqua de testamento
condito tempore pestis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

ALBANEN.
HÆREDITATIS

P R O

VICTORIA, ET JULIA
DE PASCIUTIS

C U M

MONASTERIO ALBANI.

Causa disputationis coram A. C. resolutus pro Monasterio, postea concordatus.

De eadem materia testamenti inter liberos, ubi inæqualiter cum eis dispositum sit; Et aliqua de testamento condito tempore pestis,

S U M M A R I U M.

- 1 *Aeti series.*
- 2 *F* Civilissima possessio resultans ex Statuto continuativo, est sufficiens ad manutentionem.
- 3 *D*eclaratur, quando id procedat, vel respectivo cesse.
- 4 *I*tem non suffragatur heredi ab intestato impugnanti testamentum adversus heredem testamentarium.
- 5 *T*estamentum tempore pestis sufficit coram quinque testibus.
- 6 *D*e testamento imperfecto inter liberos.
- 7 *Q*uid data inter eos inaequalitate.
- 8 *A*n dispositio &c. ex imperfecto, sanet defectum resultantem a præteritione aliquius filii.
- 9 *A*n in testamento inter liberos subintelligatur clausula codicillaris.
- 10 *D*e Statuto Urbis 14. de quibus agnatis intelligitur.

D I S C. XXVII.

DE tempore pestis in Urbe, aliisque locis adjacentibus, præsertim in oppido Neptuni grassantis, Joseph de Pasciutis, opinando jam providisse tres filias, duas scilicet moniales professas, & alteram novitiam, alias duas innuptas hæredes instituit, quas aliarum fororum Monialium cura, & charitati commendavit, ut curarene congrue illas collocale in matrimonio carnali, vel spirituali cum bonis, quæ detracit oneribus, in hæreditate remanebant, ita fincerè erga dictas moniales ut potè bene provisias gerendo, cum signis amoris, ac existimationis; Cumque sequuta morte testatoris, dictæ puellæ cum bonis in hæreditate remanis, viris æquilibus nupsiissent, hisc prætendere coperunt dictæ moniales, seu eorum Monasterium & qualem successionem ab intestato, non obstante testamento prædicto, cuius nullitatem ex duplice capite pro eis Scribentes allegabant; Primo scilicet ex defectu solemnitatis, ob non interventum numeri septem testium, quinimò nec quisque stante quod consecutum erat coram eis in forma privata, atque de ejus tenore deponebant solum tres, vel quatuor, ob unius, vel duorum mortem; Et secundo ob præteritionem dictarum trium filiarum, unde propterea stante Statuto Urbis continuativo possessionis defuncti in

hæredes suos, dum ex recepta sententia ita possessio habilis est ad manutentionem, istam ab A. C. obtinuerunt, sed interposita appellatione, illiusque causa per Signaturam commissa in Rota cum clausula translativa executionis, id occasionem præbuit concordia, qua mediante, controversya finem habuit.

In hujusmodi autem disputationibus habitis, tam coram A. C. quam in Signatura, tres inspectiones habita fuerunt; Una ordinis super competencia interdicti retinendæ ex dicto Statuto continuativo, an scilicet illud intraret, necnè; Altera super invaliditate testamenti ex defectu solemnitatum; Et tertia an eadem invaliditas tolleretur ex clausula codicilliari, quæ de jure subintelligenda esset, dum testamentum rudi modo per pharmacopolam conscriptum, dictam clausulam, vel aliâ à Notario apponi solitas non continebat.

Quoad primam, Scribens pro dictis pueris reis conventis scriptis hæredibus, non negabam, ut hujusmodi facta, seu civilissima possessio statutaria esset apta ad manutentionem juxta receptam propositionem, de qua plenè Post. de manu. observ. 54. & Amat. resol. 39. atq; docet praxis quotidiana; Verum dicebâ, id cessare, quoties naturalis possessio honorum hæreditariorum per alium apprehensa sit, cum tunc illa civilissima dicatur interversa, nisi Statutum habeat decreent irritans, quod possessionem hæreditate jacente captam omnino inficiat, ex deducâ in materia per Gabr. de acquir. poss. concl. 9. num. 18. Amat. d. resol. 39. ubilatè de materia Rota dec. 263. num. 2. par. 1. rec. Interamnen. fiduciocommissi 28. Junii 1651. coram Bichio inter suas dec. 476. cum aliis per Amat. & Post. ubi supra; Et è contrâ Scribentes in contrarium nil deducebant quod stringeret, dum Statutum Urbis non continet illud decreum irritans, quod continetur in aliquibus Statutis, de quibus sub tit. de hæred., & sub iit. de judicio.

Clarissimum dicebam ut limitatio prædicta intraret, cum non ageretur de possessione merè intrusiva, & sine aliquo titulo saltim colorato, quo casu fingente Statuto possessionem semper plenam, probabiliter dici potest, talem possessionem naturalem, ut potè posteriorem, & turbativam non impedi prioris facti possessoris manutentionem, ex deducâ in specie per Post. ubi supra, cū aliis, quæ passim recepta habemus in manutentione competenti constitutario anteriori adversus posteriorem possessorum de facto, dum erat possessio titulata jure testamenti, & institutionis hæredis.

Et hinc resultabat altera limitatio, ut Statutum continuativum non proficit hæredi ab intestato contra testamenterium, cum illud non dicatur operarium contra morientis voluntatem, non obstante prætensa nullitate testamenti, cum haec exceptio tanquam altioris indaginis, ac respiciens petitum, ut potè prius canonizanda non possit dicendum effectum operari, ut in allegata Interamnen. fiduciocommissi coram Bichio, & in individuo confiniis controversia inter duos fratres, quorum unus possidebat vigore testamenti paterni, alter vero veniebat ab intestato ob dicti testamenti prætersam nullitatem ex capite præteritionis habetur in Leodien. dominii 10. Ianuarii 1650. coram Cerro; Sed quamvis haec stringeret, neque per Scribentes in contrarium quid relevans deduceretur, Attamen Judex procedendo cum quadam non scripta æquitate, opinatus testamenti invaliditatem, manutentionem concessit, ex bono forsan fine inducendi partes ad concordiam, ut stante difficultate habita per Signaturam, sequutum fuit.

Quo

Quoverò ad reliquias duas inspectiones respi-
cientes nullitatem testamenti, ac merita negotii
principalis; Circa primam deductam ex defectu le-
gitimi numeri testimoniū, inspecta dispositione juris
civilis, neglecta illa juris Canonici in cap. cum eſſes
de testamentis, ob Statutum Urbis mandans in cali-
bus, in quibus ab eodem Statuto provisum non est
servari debere ius civile; Dupliciter dicebam hūjus-
modi defectum non obſtare; Prīmō ſcīlēct, quia
tractabatur de testamento confeſto tempore petiſis,
quod etiam inter extraneos ſufficit coram quinque
ſtabilis, ut ceteris allegatis firmatur per Rotam de-
cisi. 356. num. 8. par. 6. recen. ubi quod ſententia
Bald. videtur æquior, & recipienda.

Fortius autem ſtante Conſtitutione, ſeu decre-
to edito per Alexand. VII. occaſione ejusdem pe-
titi in Urbe graſſantis ſuper testamentoſum validi-
tate cum eodem numero; Licet enim Conſtitutio
ſeu decretum p̄dictum ſubſequeretur hoc teſta-
mentum, ac eſſet pro Urbe tantum, nulla facta men-
tione diſtričti, ita ut ſuſfragani non poſſet tan-
quam lex in ratione auſtoritativa, dicebam tamen,
ut nimium illud attendendum eſſet, in ratione inter-
pretativa, & tanquam magiſtralis canonizatio dicit
æquioris opinionis, quam etiam prius Rota cano-
nizaverat; Verum ſuper hoc diſcultas, ſtan-
te morte unius, vel duorum teſtimoniū, ita ut ad for-
man publicam teſtamento reduci non poſſet.

Verùm ceſſare videbatur neceſſitas affluendi has
inspectiones ex altero fundamento inter extraneos,
in quo hūjusmodi diſcultas cadit, fed de illo inter
liberos, inter quos juris poſitivi ſolemnitates non at-
tenduntur, ſed duo teſtes, vel alia ſpecie proba-
tionis naturali ſufficient, attēnta ſolum imperfe-
tione voluntatis, Adiñſtar eorum, que habemus
de teſtamento ad pias cauſas, vel vigore induitorum
juxta diſpositionem texti, in l. hac conſultiffima §. ex
imperfecto Cod. de teſtamento, ubi communiter Scri-
bentes, de quibus latè modern. Rub. de teſtam. ad pias
cauſas cap. 21. à num. 90. ad 99. ubi quod id non ſo-
lum eſt commune apud DD. ſed etiam apud om-
nia mundi Tribunalia receptum, & diſc. p̄ae-
ced.

Adversus hoc fundamentum, reſpondebant
ſcribentes in contrarium, id procedere data inter
liberos æqualitate, ita ut æqualiter concurrat fa-
vor omnium liberorum, quibus ita lex provideſ-
voluit, ſecus autem data inæqualitate, ob quam ali-
qui ex liberis agant de favore, alii verò de odio, ju-
xta opinionem, in qua antesignanus reputari ſolet
Roman. conf. 35. & ſequuntur ceteri plenè collecti per
Magdalen. de num. ſeſtum part. I. cap. 16. num. 137.
cum ſequen. cum aliis diſc. p̄aece.

Pro hūjusmodi objecți ſolutione dicebam, quod
licet plerique iſtam opinionem teneant, ut ſuprā;
Alii verò, curando diuersas opiniones concordare,
diſtinguant, quod, Aut inæqualitas eſt modica,
& procedat regula texti, dicti §. ex imperfecto. Aut
eſt magna, & inret limitatio, & quæ diſtinctio ori-
ginaliter tribui ſolet Curtio juniori in dicto §. ex im-
perfecto num. 149. & hanc ſequuntur plures conge-
ſti ab eod. Magdalen. ubi ſuprānum, 148. Et inci-
denter ſentire videtur Merlin. qui principaliter agit
de ſequenti puncto, an ſcīlēct diſpositio dicti teſ-
tutus ſalvet nullitatē orientem à defectu præteri-
tionis; Nihilominus ſpectato numero, ac pon-
dere DD. eorumque ratioſibus, & fundamētis,
magis communis, ac probabilis videtur opinio,
cui antea ſignatum tribuunt Caffrenſ. in eodem §. ex
imperfecto num. 3. ut ſcīlēct indiſtincte recipienda

Diſcurſus in congreſſu proveritate.

fit regula, ex ratione per Caffrenſ. ponderata, quod
utilitas hujus privilegi in hoc conſiftit, nam aliā ſatuum, ac fruſtratorum remaneret, ſi ſolūm pro-
cedere deberet in cauſa æqualitatis, in quo teſta-
mentum nullius eſſet operationis, cum eadem ſuc-
cessio deferatur ab intellexo, ut firmanit Vasquez,
Mantic. & ceteri, de quibus Magdalen. ubi ſuprā
num. 147. & 150. cum ſequen. ubi bene probat hanc
opinionem Caffrenſ. cito magis communem, atque
validioribus fundamētis roboratam, & ſequuntur
ceteri, de quibus Giovagn. conf. 6. num. 8. cum
ſequen. & conf. 7. num. 11. cum ſequen. lib. 2. ac ſentit
Rota in dicta Leodien. dominis 10. Ianuarii 1650. co-
ram Cerro diſc. 79. par. 11. recen. num. 5. Niſi tam
magna inæqualitas, aliaeque facti circumſtantiae in-
ducent probabile machinationis ſuſpicionem,
ob quam lex tot ſolemnitates in teſtamento diſde-
ravit, quod in praeferti dici non poterat, dum qua-
litas inſtitutorum hanc ſuſpicionem excludebat, at-
que aetus ſinceritatem probabat iuſtum motivum,
ex quo pater ad ita inæqualiter diſponendum motus
fuit, ut inſra.

De nūm quoad tertiam inspectionem, nullita-
tis hujus teſtamenti reſulantis à præteritione dicta-
rum triū filiarum; Ubi in eodem teſtamento ex-
preſſe adjecta eſſet clauſula codicillaris, iſta nullita-
tas nullius eſſet momenti, cum dos dicti filiabuſ
præteritis data, & abſque dubio imputanda, ab-
ſorberet eas detractiones, quæ aliā in cauſa reſti-
tutionis hæreditatis in vim dictæ clauſula ſibi com-
petent; Quiā verò ea non legebatur, hinc mo-
re Advocatorum, (frequenti ſuſtinentia cum
inſuſtientibus commiſſentes, ob varietatem in-
genitorum iudicantium, qui plerique verarecipientes,
minus vera amplectantur), deducebam opini-
onem eorum, de quibus Magdalen. diſta part.
I. cap. 16. num. 43. & ſequen. & numer. 60. & Merlin. 8
delegitima lib. 5. tit. 2. queſt. 3. numer. 1. cum ſequen.
quod ſcīlēct diſpositio dicti texti in §. ex imperfecto
hūjusmodi defectum etiam ſanet; Verum inſpe-
caverite, hoc erat fundamentum fallax, cum
ex magis communis & vera ſententia, de qua apud
Magdalen. & Merlin. ubi ſuprā textus p̄dictus
procedat quoad ſolemnitates probatorias, non au-
tem quoad neceſſitatem iſtituendi, ut inſra ad hanc
materiam nullitatē ex cauſa præteritionis diſc. 57. &
seqq.

Alterum verò fundamentum magis probabile
erat, quod in teſtamento patris condito inter libe-
ros, vel ratione liſti ardoris, vel ex altera ſimpli-
citatē, quæ in patre diſponente inter liberos excu-
ſatur, adiñſtar militis, (cui pater in hac parte æqui-
paratur), de jure ceneſatur inelle clauſula codicil-
laris, vel altera, ſi quod ago &c. juxta celebrem glo-
ſ. in l. cohædi §. cum filiis verb. non valuit ff. de vnl-
gar. quam opinionem ab omnibus communiter ap-
probata eſſe dicit Boer. dec. 240. numer. 6. poſt med-
ver. & ſi non valeat, & poſt antiquiores ab eis rela-
tos firmanit Clar. §. teſtamentum quaf. 8. num. 7. Graſſ.
de ſuſc. §. teſtamentum quaf. II. num. 10. verl. hoc ta-
men Mantic. de conjeſtar. lib. 6. tit. 2. num. 33. & bene
Vasquez, (qui hinc inde materiam docebat diſcu-
bit,) de ſuſcētum progreſſa lib. 3. §. 30. de codicil-
lis num. 43. & admisit etiam Rota in dicta Leodien. co-
ram Cerro; Itaque clauſula poſta; dum præteri-
tio non erat ignoranter, ſed ſcīlēct, intrat de
plano gravamen filiorum præteritorum reſtituendū
ſcriptis hæribus retena ſolum legitima, quæ in
praeferti abſque dubio abſorbebat à dote da-
ta dictis filiabuſ, quas non dubitabatur eſſe
ſcīlēct ſcīlēct.

De LUCA
ne
Inſtamentis
et ceteris
GVT
9

Scienter præteritas, dum in testamento expressa illarum mentio habita erat ex plenè deductis in materia per Fusar. de subſtit. quæſt. 569. & paſſim.

Fortius autem, ac pœnè indubitanter dicta conclusio de subintelligendo istam clausulam codicillarem intrabat in hac facti ſpecie, dum evidenter conſtabat, quod præteritio aliarum filiarum facta non erat sine cauſa, & ex defectu paterni amoris, seu ex odio irrationabili, (quibus casibus dubitari potest de conſtruione ob deficiētē rationem liciti ardoris, vel alteram excusandæ ſimplicitatis) dum facta erat ex iusto, ac rationabili motivo providendi puellas, quæ non provisæ remanebant, majori auxilio, ac provisione indigentes, urpate parentibus deſtitute, dum aliae erant jam bene provisæ cum matrimonio ſpirituali, & cum congrua dote, dum conſtabat patrem eas non præteriſſe ex odio, quoniam in testamento honorifico traſtauerat, eisdem committendo curam, & collocationem dd. fororum, quæ non provisæ remanebant.

Et magis de plano, ſtante Statuto Urbis 141. per quod diſponitur, ut filia à patre vivente cuius dote congrua collocata aliud prætendere non poſſit, etiam ratione ſupplementi legitima, reſtèque poſſint præteriri, quoties pater diſpoſuit in agnatos, ſub quorum nomine venire alias filias, quoniam etiam femina dicuntur agnata, firmavit plenè Rota in Romana ſupplemento legitime 22. Junii 1643. coram Cerro poſt Merlin. de legit. decif. 146. alias decif. 491. part. 9. recent. Et licet à dicta diſtione receſſum fit 15. Aprilii 1644. coram eodem decif. 142. poſt eundem Merlin. & decif. 267. dicta p. 9. quod ſcilicet id intellegatur de agnatis masculis ad agnationis conſervationem aptis, atque hæc poſterior diſtio videtur probabilior; Attamen ſi in hoc ſe decepit Rota, multò magis teſtator, putando id verum, deſcipi potuit; Ideoque leguleius rigor ex hoc defectu impugnandi teſtamenta ob ſolam non ſervatam formalitatem à juris ſubtilitate manantem, mihi numquam placuit, cum ſpectari debeat ſubſtantia veritatis, & an dicta ratio ſimplicitatis patris diſponens inter liberos, intret, necnè.

ROMANA TESTAMENTI MILITARIS

P R O

VELLIS, ET MUTIS, ET ALIIS

Reſponſum pro veritate in caſu poſtēa diſciptio per Rotam juxta Reſponſum.

De teſtamento militari, an hodiè ſit in uſu, Et an milites noſtri temporis gaudeant privilegiis militaribus, ac de requiſitiſ dicti teſtamenti militariſ; Et an intret favor, vel privilegium cauſæ piax, ubi hæc non imme- diatè, ſed mediatè vocata eſt.

SUMMARIUM.

Facti ſeries.
Resolutio cauſæ.

- 3 An privilegia militaria competent militibus noſtri temporis.
- 4 De ratione, ob quam militibus concedatur reſtarī ſine ſolemnitatibus.
- 5 Quæ proprium privilegia militaria.
- 6 De defectibus qui attenduntur in teſtamento militari, & qui non.
- 7 De teſtamento militis, muis, & ſurdii, an valeat.
- 8 Non procedit teſtamentum militare, ubi conſtruetum eſt extra caſtra.
- 9 Et quid ubi in caſtris.
- 10 De eodem, & quando ſubſtineatur teſtamentum militare.
- 11 De teſtamentis militum Hieroſolymitanorum ex licentia M. Magiftri.
- 12 Quod iſti, & alii milites gaudeant privilegiis antiquorum militum.
- 13 De militibus exiſtentibus in arce.
- 14 Quandoſit diſpoſitionia.
- 15 An privilegia pia cauſa procedant, ubi cauſa pia eſt mediatè vocata.

D I S C. XXVIII.

ACcessurus Antonius Vellius Romanus ad bellum, quod tunc vigebat inter Sedem Apoſtolicam, & aliquos Italie Principes, ſchedulam teſtamentariam propria manu in ipſa Urbe conſcripsit, de mense Februario 1642. deindeque, cum in exercitu Pontificio exiſtente in Lombardia, eſſet tribunus, vel dux unius cohortis, de mense Martii anni ſequenti, inſirmatus in civitate Ferraria, ubi obiit à latere, vel tergo ejusdem ſchedulae, candem voluntatem ratificare, atque conſirmare profefſus eſt; In dicta veſtore ſchedula continebatur inſtitutio cuiusdam coniuncti, poſt cujus mortem voluit, ut erigeretur comenda ordinis militariſ S. Jo. Hieroſolymitani, quæ eſſe deberet de jure patronatus familiæ; Quare ſequita morte teſtatoris, & poſteā etiam ſubſtituti, conſultus fui, an hoc teſtamentum ſubſtineretur, vel potius eſſet cauſa intestatæ ſucceſſionis, meumque votum fuit, ut teſtamentum ad cauſas prophanas non ſubſtineretur, non obſtante, quod conditum eſſet à milite, cum requiſita teſtamenti militariſ non concurrerent, benē tamen ſubſtineretur pro eretione dictæ Commandæ utpoſt ad pias cauſas; Ideoque vienientes ab in teſtato, ex quorū forſan parte ſuprefſis nominibus conſultus fui, ma- lum juſ foverent; Cumque, dicta Religio non curante hæreditatem cum dicto onere, factus eſſet locus facultatibus Fabricæ Sancti Petri, proposita cauſa in Rota coram Cerro sub die 22. Martii 1656. in omnibus juxta votum reſponſum fuit, ut patet ex decif. 150. part. 12. recent. repetit. poſt Zuff. de legit. proceſſ. decif. 27. quamvis ego in cauſa non ſcripferim.

Diftinguebam igitur in Reſponſo deſuper dato queſtionem in duas inſpectiones; Unam ſcilicet, feſcluso favore cauſæ pia, terminis teſtamenti militariſ, quamvis de prophana diſpoſitione ageretur. Et alteram attento dicto favore cauſæ pia ſubſtituæ, an ex eo quod diſpoſitione non eſſet immedia- ta, ſed mediata, ille intraret, necnè.

Quatenus pertinet ad primam; Reſpondi, quod licet apud Scribentes non modica ſit queſtio, an ea privilegia, quæ in jure civili militibus noſtri temporum, ex ea dubitandi ratione, quod non ſint in uſu antiquæ, juramenti, ac cinguli, aliaque ſolemnitatis, ex iis qua pro utraque fen- tentia habentur apud Zoannett. in tract. de Romano Imper.